



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Losus los 9. 5. expositus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Gibeonitarum calcei מַלְוָה vocantur in Josuæ libro. Vox Hebræa proprie notat quod ex frustis variis est confutum. Nam מַלְוָה proprie est consuere ex multis pannis & coloribus, quomodo centonem solent. Hinc apud Ezechielem memorantur מַלְוָה בְּמִוּחַ *excelsa multicoloria*, h. e. variis pannis & multorum colorum instrata, quæ Aquila & Theodotion ἐμβολίσματα transtulerunt, quod significat diversos pannos hinc inde confutos, quasi πολύχρᾶρον vestimentum. Inde sumpta metaphora oves aut capræ מַלְוָה dicuntur, quæ maculas habent adpersas aut tanquam assutas, ut in centone particulas & assumenta, uti nos docet vir summus Samuel Bochartus. Hac ratione Gibeonitarum calcei dicuntur מַלְוָה, quasi diversis solorum frustis suppacti. At qualia frusta hic intelligemus? De panni frustis ea vox sumitur. Atque ita Targum pro מַלְוָה habet פְּרָקִים. Est autem פְּרָקִים *frustum panni*, uti videre est in magno opere doctissimi Buxtorfii, unde forte græcum ῥάκῳ quod conjecit vir Hebraicè perit-

Jos. 9. 5.

Ezech. 16. 16.

Bochart.
Hieros.
S. 1. pag.
478.

Buxt. Lex.
Talm. R.
פְּרָקִים



Drusius ad
Ios. 9. 5.

tissimus Johannes Drusius. At panni frustra fuisse, quibus suppactæ erant Gibeonitarum soleæ, haud facile crediderim. Ut plane de corio intelligendum sit. Et quidem vocem, qua Hebræi utuntur, tam pro corii quam panni frusto sumi, mihi minime est dubium.

Cholin
fol. 57. 2.

מלמל etiamnum Talmudici de præcinctorio sive ventrali opificiū usurpant. מלמל של טרסיים præcinctorium *fabrorum* in Tractatu Cholin legitur. At hæc ex corio fieri consueviffe quis nescit? Inde sane vulgato inter nos Belgas vocabulo *een schootsvel* vocamus, quasi *gremii pellem* dicas. Quin & Thalmudici id ipsum ברביר vocant, de qua voce hæc doctissimus Buxtorfius:

Buxt. Lex.
Thalm. R.
בר.

ברביר Quod scribitur ברביר corium, ventrale opificum, sive gremio sive genibus serviens, Kelim cap. 26. Intellexisse id videntur LXX. interpretes, qui hic optime reddiderunt σκευήλια παλαιά, ἢ καὶ κατὰ πεπελεγμέναι. Quod verbum ἀπὸ τῆς πέλματ^{ος} deductum est. Et quidem πέλμα apud Græcos *plantam pedis* notat, atque pro *solea*, quibus plantarum calces tantum

in.